

DE PRÆPO- SITIONE.

Quid est Præpositio?

PRæpositio est propemodum articulus Verbo Nomen ad jungens, quod aliquam facti circumstantiam significat: ut,,

Cum bonis ambula.

Quotuplices sunt Præpositiones?

Duplices: Aliæ sunt Separabiles, Aliæ Inseparabiles.

De Separabilibus.

Quæ sunt Separabiles Præpositiones?

Quæ separatim extra Compositionem aliquid significant; *Ad, apud, ante &c.*

Quomodo dividuntur Separabiles?

Trifariam: Quædam Accusativum regunt: Quædam Ablativum: Quædam utrumque.

Quot regunt Accusativum?

Viginti novem: *ad, apud, ante, adversus vel adversum, cis, citra, circum, circa, circiter, contra, erga, extra, inter, intra, infra, juxta, ob, penes, per, pone, post, præter, prope, propter, secundaüm, supra, trans, versus, ultra.*

I 2

Quot